2646 Antonio Va[*len*]|tino princi[*pi*] | leg. XIII Gemin[*ae, inter*]|fecto a latro[*ni*]|bus in Alpes Iul[*ias*] | loco quod appella|tur Scelerata, | Antonius Valen|tinus filius pa[*tri*].

Aidussinae (prope Tergeste) inter rudera castrorum Romanorum rep. a. 1881 (Pais n. 58. 1110 descr. Majonica).

2647 Q. Raecio Q. f. | Cl. Rufo | p. p. leg. XII Fulm. | trecenario[1], | donis don. ab imper. | Vespasian. et Tito imp. | bell. Iud., ab imp. Trai. | bell. Dacic., princ. praet.[2], | Trebia M. f. Procul. | marito | t. p. i.

Zarae, ubi fuit Iader (III 2917 vidit Mommsen). — 1) *Alii trecenarii sunt N. 2081. 2648. 2661. 2663. 2667. De centurionibus trecenariis egit Mommsen eph. ep. 4 p. 242 seq.* — 2) *Cf. N. 2644 not. 2.*

2648 M. Vettio M. f. Ani. | Valenti | mil. coh. VIII pr., benef. praef. pr., | donis donato[1] bello Britan. | torquibus armillis phaleris, | evoc. Aug., corona aurea donat., | 7 coh. VI vig., 7 stat.[2], 7 coh. XVI urb.[3], 7 cho. | II pr., exercitatori equit. speculatorum, princip. | praetori[4] leg. XIII Gem., ex trec.[5] leg. VI | Victr., donis donato ob res prosper. | gest. contra Astures torq. phaler. arm., | trib. coh. V vig., trib. coh. XII urb., trib. coh. | III pr., [*trib.*][6] leg. XIIII Gem. Mart. Victr., | proc. imp. Caes. Aug.[7] prov. Lusitan., | patron. coloniae, speculator. X h. c.[8], | L. Luccio Telesino C. Suetonio Paulino cos.[9]

Arimini (XI 395 semel descripta saec. XV). — 1) *A Claudio, quem praetoriani in Britanniam secuti esse putandi sunt.* — 2) *Centurioni statorum; cf. supra N. 2133 seq.* — 3) *Cohors decima sexta urbana praeterea non memoratur; cf. supra N. 2128; Mommsen Herm. 14 p. 34, Marquardt Staatsv. II² p. 482 not. 3—4.* — 4) *Cf. N. 2644 not. 2.* — 5) p. p. *(primo pilo) interiisse coniecit Mommsen Eph. epigr. 4 p. 243 cf. p. 231 n. 4, ut hic non fuerit ex trecenario legionis sextae Victricis, sed ex trecenario factus sit centurio legionarius.* — 6) trib. *periisse coniecit Borghesius.* — 7) *Significatur Nero, cuius nomen rasura periisse coniecit Wilmanns.* — 8) *Speculatores decem (cf. N. 2382 not. 3), honoris causa.* — 9) *A. p. C. 66.*

2649 . . . | princeps II[1] leg. XIIII | Gem., an. LXIIII, stip. | XLVI, milit. XVI, cura|toria veteran. IIII, | evocativa III.[2]

Boppard rep., est Coblenz (Brambach 717 qui descripsit). — 1) *Intellege: princeps posterior aut: princeps iterum, ut princeps fuerit in duabus legionibus (cf. Mommsen eph. ep. 4 p. 238 not. 1).* — 2) *Post stipendia militaria, id est gregalia sedecim, quae meruit sine dubio in cohorte praetoria, curator veteranorum fuit per annos quattuor, evocatus per annos tres, postremo centurio per annos XXIII.*

2650 P. Aelio P. f. Papir. | Marcello[1] cent. | frum., subprincipi | peregrinorum[2], adstato[3] | et principi et primipilo | leg. VII Gem. pie *(sic)* fel.[4], adlec|to ad munera praeff. | legg. VII Clau. et primae | Adiutricis[5], v. e., flamini | luculari Lauren. Lavina, | patrono et decurioni co|lonie *(sic)* Apulesium, patrono | civitat. Forofla.[6] Fulginia. | itemque Iguvinorum, splen|didissimus ordo Foroflam.[6] | Cuius dedicat. decurionibus | et liberis eorum panem | et vinum et ~~SS~~ XX n.[7], item | municipibus ~~SS~~ IIII n.[8] dedit.

archive.org